



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Concilium Anciranum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



## Canones Niceni concilij.

debent suscipi in Ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad Ecclesiam suam quod si permanserint excommunicare eos oportet.

**L XVII.** ¶ Si quis ausus fuerit aliquem qui ad altare pertinet ordinare in sua Ecclesia, cum non habeat consensum episcopi ipsius a quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

**M XVIII.** ¶ Quoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes oblitum sunt diuini precepti, quod dictum est, quod pecunia sua non dedit ad usuram, generantes ceterasimas exigant, statuit hoc sanctum concilium, si quis iuuetus fuerit post hanc diffinitionem usuram accipere vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam spes frumentorum ad sextuplum dare, ois qui tale aliquid conatus fuerit ad quatuordecim deiciatur a clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu.

**N XIX.** ¶ Si quis confugit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis & Catafrigis statutum est rebaptizari eos debere. Si vero clerici erant apud eos, si quidem inculpato fuerint, & irreprehensibiles, rebaptizati rursus etiam ordinantur ab episcopo Ecclesie catholice. Si vero examinati minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Sicut autem & circa diacones, & de oibus qui in eodem clero inueniuntur eadem forma seruabitur. Commemorauimus autem diaconissas qui in hoc ordine inueterate sunt, quod nec manus impositione aliquam habeant, ut omnimodo inter laicos habeantur. Sicut autem diaconissas qui in catholico canone non habent suum locum. id est laice & tanquam non consecrate deputentur.

**O XX.** ¶ Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus penthecostes, propterea est itaque statutum a sancta synodo quoniam consona & conueniens pro ois Ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem domino vota reddamus.

¶ Symbolum eiusdem Niceni Concilij.

**C**redimus in unum deum patrem omnipotentem visibilem & inuisibilem conditorem. Et in unum dominum Iesum christum filium dei natum de patre unigenitum hoc est de substantia patris deum de deo, lumem de lumine deum verum de deo vero, natum, non factum, consubstantialiter patri. id est unius substantie cum patre (quod Greci omouision dicunt) pro qua omnia facta sunt quae in celo & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est atque homo factus, passus, mortuus est, & resurrexit tertia die ascendit ad caelos, venturus iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritu sanctum. Eos autem quod dicitur erat, quoniam non erat & antequam nasceretur non erat, & quod ex nullis existentibus factus est, aut ex aliquo substantia vel natura, eum dicentes esse mutabilem, & conuertibilem filium dei phibendo hos anathematizat, & condemnat catholica & apostolica Ecclesia. Haec est fides quam exposuerunt patres primus quidem aduersus Arrium blasphemum, dicentem creaturam esse filium dei, & aduersus omnem haeresim, Sabellij, Fotini, Pauli, Samosatani, Manichei Valentiniani, Martionis, & aduersus omnem omnino haeresim, si quis in surrexerit contra catholicam & apostolicam Ecclesiam quam omnes condenuerunt Nicæa congregati episcopi trecenti decem & octo.

¶ Fides Gregorij maioris.

**P**ater deus pater & pater uerbi uiuentis, sapientiae existens, & virtutis, & imaginis, propriae perfectus perfecti genitor, & unus dominus ex uno patre filij unigeniti & unus dominus ex uno deo de deo, figura substantiae patris, imago dei, deo uerbum mundi, & totius substantiae opifex, sapientia, ceteris omnia quae existunt, filius uerum de patre uero, inuisibilis de inuisibili, incorruptibilis de incorruptibili, immortalis de immortali, & sempiternus de sempiterno & unus spiritus sanctus perfectus, perfecta uita, uiuentium sanctitas, & fons sanctitatis, & adificationis ministrator, pro qua deus in omnes credentes & super omnes & filius qui pro omnes. Trinitas perfecta gloria & regnum sempiternum, indiuiduum, & inalienabile. Neque igitur creatum aliquid, & seruum seu famulum in trinitate, neque aduentitium, vel subintroductum tanquam quod ante non extiterit, & nouissimum subintrauerit, neque enim desinit aliquis filius patris, aut filio spiritus sanctus, sed immutabilis & inconuertibilis haec eadem Trinitas semper.

### Incipiunt capitula Concilij Ancirani.

¶ De presbyteris lapsis in persecutione	1	¶ De his qui ante baptismum sacrificauerunt idolis.	12
¶ De diaconibus qui immolauerunt.	2	¶ De Coepiscopis	13
¶ De clericis siue laicis quorum manus alij cum iniuria super idolorum sacrificia posuerunt	3	¶ De presbyteris a carne se abstinentibus	14
¶ De his qui in templis idolorum cenauerunt, de quibus supra	4	¶ Non debere presbiteros ecclesiastica iura uideri,	15
¶ De his qui timore ritus gentilium pegerunt	5	¶ De his qui irrationabiliter uixerunt	16
¶ De his qui in locis idolorum manducauerunt	6	¶ De his qui sicut muta animalia uixerunt	17
¶ De his qui frequenter idolis immolauerunt	7	¶ De episcopis qui ordinati non suscipiunt	18
¶ De his qui coacti uti idolis immolauerunt	8	¶ De his qui uirginitatem profitentur	19
¶ De his qui alij sacrificandi causam attulerunt,	9	¶ De Adulteris.	20
¶ De diaconibus	10	¶ De mulieribus qui fornicate partus suos necant,	21
¶ De desponsatis puellis & ab alijs corruptis	11	¶ De his qui uolentes homicidium fecerunt,	22
		¶ De his qui more gentilium uiuunt	23
		¶ De eo qui sororem sponsae suae uiciauit,	24

¶ Incipit



Incipit Concilium Anciranum.



Sti quidē Canones seu regulæ priores sunt Nicænis, sed ideo Nicæni Canones priores scribunt, propter autoritatē magni & sancti cōcilij apud Nicæā habiti. Cōuenerūt autē in synodū memoratā, Ancirā ciuitatē, hi, q̄ infra scripti sunt, Marcellus Anciranus, Agricolaus Cæsariēsis, Lupus Tharēnsis, Vitalio Antiochēsis, Basilius Amafenus, Philadelphus Iuliopolitanus, Testulus Nichomedensis, Heraclius Zolonensis, Petrus Iconiensis, Munecius Laodicēsis, Pergianus Antiochænus Phisidix, Narcissus Nerodiensis.

A  
Anno dñi  
504. His  
canū auḡ  
tem, 324.

¶ Cap. primū. ¶ Presbyteros q̄ immolauerunt & postea itē certamē inierunt, si hoc ip̄m ex fide & nō aliquo argumēto sibi metē p̄parates egerūt, vt itē teneri viderent, aut tormētis subijci putent tanq̄ inuiti, si ex fide ergo luctati sunt & nō ex cōpacto, ad ostentationē, vt offerrent, ip̄i fecerunt, hos placuit honorē quidē sedis propriæ retinere, offerre autē illis & sermone ad populū facere, aut aliquibus sacerdotibus officijs fungi nō liceat.

II. ¶ Diacones similiter q̄ immolauerūt, postea autē iterū reluctati sunt, illos qdē honore carere oportet, cessare vero debere ab omni sacro ministerio, ita vt nec panē nec calicē offerāt, nec pronūtiēt, nisi forte aliqui ep̄oz cōscij sint laboris eoz & humilitatis & māfuetudinis, & voluerint eis aliqd amplius tribuere vel adimere, penes ipsos ergo de his erit potestas.

III. ¶ Qui fugientes timore p̄secutionis cōprehēsi sunt vel à familiaribus seu à domesticis traditi & vel bona propria amiserūt, vel sustinuerūt tormēta, vel etiā carceribus inclusi sunt. Et tñ p̄clamauerūt se esse Christianos, quin etiā p̄seuerate violētia ad id vsq̄ p̄ducti sunt, vt manus eoz apprehēsas & violēter attractas sup sacrificia imponerent, illis. s. p̄seuerātibus in fide & Christianos se esse vociferātibus, hoc ergo qd eis inuitis & alijs cogētibus contigit, si luctu & mœrore animi acerbe se ferre demonstrāt, ip̄sq̄ humili p̄ bonā cōuersationē habitu incedētes dolere se qd inuiti coacti sunt doceāt, hos tanq̄ inculpatoz à cōione nō vetari. Si autē iā prohibiti sunt ab aliquibus à cōione maioris diligētia inquisitōis causa, aut p̄ aliquoz ignoratiā statim recipi oportere, hoc autē obseruari oportet & de clericis & de laicis oibus. Laicos sane q̄ in similem necessitatis causam inciderunt, tanq̄ si nihil peccauerint, maxime si eos probabilis vita commendat ad ordinationem recipi placuit.

III. ¶ De his qui sacrificare coacti sunt, in sup in tēplis idoloꝝ cœnauerūt, si qui eoz cū habitu cultiore ad tēpla producti sunt, atq̄ ibi p̄tiosiori veste adhuc mutata cœnæ participes facti sunt, idoloꝝ indifferēter sumētes oia q̄ fuerāt apposta, placuit inter audientes vno anno cōstitui, tribus autē alijs annis agere pœnitentiā, sed ex ip̄so triennio p̄ bienniū tantūmodo orationi cōmunicare, tertio autē anno reconciliare sacramentis.

V. ¶ Quotq̄ autē ascēderūt tēpla cū veste lugubri, & recubētes iter alios māducauerint flētes si cōpleuerint pœnitentiā triennij t̄pis, sine oblatiōe suscipiant ad cōmunionē. i. vt ip̄si oblationē nō offerāt. Si autē perducti ad tēpla nō māducauerint, biennio maneāt in pœnitētia. Tertio vero cōmunicēt, sed sine oblatiōe, vt dictū est, in quarto iā anno perfectionem suā recipiant.

¶ Ep̄iscopum autem hanc habere licentiā oportet, vt pro his peccata singulorum consideret, & prout viderit conuersationem, normam, regulamq̄ conuersationis attribuat, id est, vt humanius agens secundum vitę modum tēpus alicui breuiare aut etiam proluxius quod correctionis necessariū viderit, addere. Discutatur autem omnium horum & p̄cedens vita & posterior, & ita circa eos sacerdotalis humanitas moderetur.

VI. ¶ De his qui minis tantū cesserint, aut bonoz oblatione, aut transportationis pœna deterriti sacrificauerunt, & nunc vsq̄ non pœnituerunt neq̄ conuersi sunt, modo autē, id est tempore huius synodi se obtulerunt conuersionis suæ consilium capiētes, placuit eos vsq̄ ad magnum diem inter audientes suscipi, pœnitentiam autem agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione cōmunicare, & ita demū sex annis completis ad perfectum peruenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexennij constituti. Quod si alicui horoz quodlibet mortis periculum aut ex egritudine aut ex aliqua causa acciderit, his cōmunionem propter viaticum suum non negari.

VII. ¶ De his qui festis diebus paganorum in remotis eorum locis conuiujs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt & comederunt, placuit vt post biennij pœnitentiā suscipiantur, ita tamen vtrum aut cum oblatione recipiendi sint an ad solam cōmunionem admitti debeant vnusquisq̄ ep̄iscopoz examinet vitam eorum, & p̄terita ac p̄sentia habita consideratione perpendat.

VIII. ¶ Hi autem qui secundo vel tertio sacrificauerunt vi coacti quatuor annis sese ad pœnitentiā

L nitentiā



## Concilium Anciranum.

nitentiam submittat, duobus autem alijs sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

**K IX.** ¶ Quotquot autem non solum à fide dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt & reifacti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catechuminos habeantur, per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id est decimo, cõmunionem sine oblatione recipiant, vt completo decennio perfectione fruantur. Ideo aut ipso tempore, etiã vita eorũ & conuersatio consideranda est.

**L X.** ¶ De diaconis, quicunq; cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere vxores, nec posse se continere, hi postea si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea q̄ his episcopus licentiam dederit. Quicunq; sane tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias conuenerint, à ministerio cessare debebunt.

**M XI.** ¶ Desponsatas puellas, & postea ab alijs corruptas, placuit erui, & his reddi quibus fuerant desponsatæ, etiam si eas à raptoribus florem pudoris amisisse confiterit.

**N XII.** ¶ Eos qui ante baptismum sacrificarunt, & postea baptismi consecuti sunt, placuit ad ordinem promoueri tanq̄ ab omni crimine lauari salutaris sanctificatione purgatos.

**O XIII.** ¶ Vicarijs episcoporũ (quos Græci coepiscopos vocant) non licere, vel presbyteros, vel diaconos ordinare. Sed nec presbyteris ciuitatis sine episcopi præcepto aliquid imperare, nec sine autoritate literarũ eius in vnaquaq; parrochia aliquid agere.

**P XIII.** ¶ De his qui in clero sunt presbyteri vel diaconi & abstinent se à carnibus, hoc placuit statui, vt non eas tanq̄ immundas contemnãt, sed contingant. A quibus quidẽ qui se abstinere volunt, habeant potestatem, ita tamen, vt si quando cũ oleribus coquantur, eadem tanquã carnibus polluta non iudicent, sed ex his cibũ assumant, quãuis à carnibus se abstineant. Quod si in tantũ eas immũdas & abominabiles iudicauerint, vt nec olera quæ cũ carnibus coquantur æstimet comedenda, tanq̄ non cõsentientes huic regulæ, cessare eos oportet & à ministerio & ordine suo. Si quis aut huius regulæ monitis non obdierit, sed carnes (vt dictũ est) immundas & abominandas existimauerit, cessare debet ab ordine suo.

**Q XV.** ¶ Si qua de rebus ecclesiæ, cum episcopus nõ est, presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad ius ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi, si constitutũ pretium debet recipi nec ne, propter quod sæpe contingit distractarum rerum redditus ampliorum summam pro accepto pretio reddi.

**R XVI.** ¶ In hoc titulo verba græca hæc sunt, περὶ τῶν ἀλογῶς διαγορῶν τῶν ἢ διαγορῶν, quæ nos latine possumus dicere de his qui irrationabiliter versati sunt siue versantur. Sensus autem in hac sententia duplex esse potest, qui ex subiectis conijcitur, aut de his qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecudum incesta cum propinquis sanguinum commiscuerunt. Quotquot igitur ante vigesimum ætatis suæ annum tale crimen admiserint, quindecim annis in pœnitentia peractis, orationi tantum incipiant communicare. Et quinquennium alterum in communionem orationis solius perdurantes. Post vigesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur, discutiatur autem & vita eorum qualis fuerit tempore pœnitentiæ. Et iuxta hanc humanitatem consequantur. Quod si quis perseverantius abusus fuerit, hoc crimine prolixius tempus, id est viginti annorum pœnitentiam suscipiat. Qui vero exacta viginti annorum ætate & vxores habentes in hoc crimine inciderint, post viginti & quinque annos pœnitentia acta ad cõmunionem orationũ admittantur, in qua cõmunionem orationũ altero quinquennio perdurantes plenã communionem cum oratione recipiãt. Quod si aliqui & vxores habentes, & excedentes quinquagesimũ ætatis suæ annum in hoc prolapsi sunt scelere ad exitum tantum vitæ communionem mœreantur.

**S XVII.** ¶ Hos eosdem sane non solum leprofos crimine huiuscemodi factos, sed & alios isto morbo replètes placuit inter eos orare qui tempestate iactantur, qui à nobis energumini intelliguntur.

**T XVIII.** ¶ Si qui episcopi suscepti non sunt à sua diocesi in qua fuerant denominati, compellantur ad eandem iudicis edicto redire. Quod si voluerint alias ecclesias occupare, & vim facere alijs episcopis quos ibi inuenerint, seditiones excitando aduersus eos, hos segregare oportet. Quod si volunt in presbyterio in ecclesia vbi prius fuerant tanquam presbyteri residere, non repellantur à propria dignitate. Quod si etiam ibi seditiones concitare probantur, episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterij dignitate priuari.

**V XIX.** ¶ Quotquot virginitatem pollicitam præuaricatæ sunt, professione contempta, inter digamos, id est qui ad secundas nuptias transierant, haberi debent. Virgines autem puellas



ellas quæ tanq̄ sorores cū nonnullis viris habitare volunt, ab eorū consortio prohibemus. **A**  
 XX. ¶ Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.  
 XXI. ¶ De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum vt vtero conceptus excutiat, antiqua quidem definitio vsq; ad exitum vitæ eas ab ecclesia remouet, humanius nunc definimus, vt eis decem annorū tēpus pœnitentiæ tribuatur. **B**  
 XXII. ¶ Qui voluntarie homicidiū fecerint, ad pœnitentiā quidē iugiter se submittant. Circa autē exitū vitæ, cōmunionē digni habeantur. Eos vero qui nō voluntate, sed casu homicidiū fecerint, prior regula post septem annorū pœnitentiā, cōmunioni sociauit secundū gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio quinquennij tempus tribuit. **C**  
 XXIII. ¶ Qui aurguria vel auspicia siue somnia vel diuinationes quaslibet secundum morem gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis ali- quibus arte malefica, aut domus lustrant, confessi, quinquennio pœnitentiā agant secundū antiquas regulas constitutas. **D**  
 XXIII. ¶ Si quis sponsam habēs, sorori eius forsitan intulerit vitii, eiq; inhæserit tanq̄ suæ & sibi expetendam esse coniunctionem, hac autem decepta, postea vxorem duxerit despon- saram. Illa vero quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi qui huius facti sunt consēj, decem annis in pœnitentiā redigantur secundum canones constitutos. **E**  
 ¶ Explicit Concilium Anciranum.

**Incipiunt capitula Neocesariensis concilij.**

- |  |   |
|--|---|
| ¶ De p̄b̄is q̄ vxorē ducere nō debeāt. Ca. 1.      | Vxor̄is adulterę vitæ, clericū fieri nō debere. 8             |
| ¶ De muliere duobus fratribus nubere non licere. 2 | ¶ De p̄b̄is corporali pctō p̄occupatis. 9                     |
| ¶ De his qui multis nuptijs cōmunicauerūt. 3       | ¶ De diaconibus corpali pctō p̄occupatis. 10                  |
| ¶ De concupiscentia non consummata. 4              | ¶ De presbytero minus triginta annorū mi- nime ordinando. 11. |
| ¶ De cathecuminis peccantibus. 5                   | ¶ De his qui in egritudine sunt baptizati. 12                 |
| ¶ De pregnantibus baptizandis. 6                   | ¶ De presbyteris alterius regionis. 13                        |
| ¶ P̄b̄os in secūdis nuptijs nō debere orare. 7     | ¶ De diaconibus septem. 14                                    |

**Incipit Concilium Neocesariense.**



¶ Hi quidem canones secundi sunt eorum qui in Ancira & Cæsa rea expositi sunt, Nicænis vero priores inueniuntur. ¶ Conuenerunt autem in synodum memoratam i Neocæsariense ciuitate hi qui infra scripti sunt. Vitalis, Germanus, Sedus, Hyftrius, Lupus, Geron- tius, Salamnus, Leontius, Sanctus Basilius, Valentinus, Stephanus, Gregorius, Longinus, Narcissus, Decasus, Leontius, Heraclius, Ali- pius, A quibus regulæ prolatae sunt quæ infra scriptæ sunt. **F**

¶ Cap. primū. ¶ Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine illū deponi debere. Quod si fornicatus fuerit vel adulterium cōmiserit, extra ecclesiam abijci & ad pœnitentiā inter laicos redigi oportet. **G**  
 II. ¶ Mulier si duobus nupserit fratribus, abijciatur vsq; ad diem mortis. Sed propter huma- nitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet, ita tamen vt si forte sanitatem recu- perauerit, matrimonio soluto ad pœnitentiā admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in huiusmodi consortio constituta, difficilis erit pœnitentia remanenti, quæ sententia tam vi- ros q̄ mulieres tenere debet. **H**  
 III. ¶ De his qui frequenter vxores ducunt, & de his qui sæpius nubunt, tempus quidem his constitutum manifestum est, sed conuersatio & fides eorū tempus abbreviat. **I**  
 IIII. ¶ Si quis concupita muliere, etiam si concubitus eius desiderium habet, non autē sub- sequatur effectus, manifestum est hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum. **K**  
 V. ¶ Cathecumenus, id est audiens, qui ingreditur in ecclesiam, & stat cum cathecuminis, si peccare fuerit visus figens genua, audiat verbum vt se abstineat ab illo peccato quod fecit. Quod si in eo perdurat, abijci omnino debere. **L**  
 VI. ¶ De pregnantibus, q̄ oportet eas baptizari quando volunt, nihil enim in hoc sacramēto commune est parituræ & illi qui de eius vtero fuerit editus, quia vniuscuiusq; in illa cōfes- sione libertas arbitrij declaratur. **M**